



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

3. Casus ab Episcopis reseruati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

coram Rege, Episcopo, Prælato,
in Ecclesia coram multis; an per-
cussus sit Magister, Iudex, Magi-
stratus, Abbas, Episcopus propri-
us, vel in alia dignitate aut perso-
natu constitutus. *Vide Sayr. optimè
differentem c. 23. à n. 1. usq; ad 15. scort.*

Epit 24.

Percussores Abbatum præter
Canonicas pœnas aliâs valdè gra-
ues tam spirituales, quam corpo-
rales in Ordine Præmonstratensi
subire debent, *iuxta statuta Dist.
3. c. 10.*

III. Reseruatio casuum, quam
ipse sibi absoluendam referuat E-
piscopus per statuta Synodalia
[A] cui adiicitur, quæ incurritur
propter communicationē in crimi-
ne cū eo, qui fuit excommunicatus
ab Episcopo, indubiu enim est [B]
participantem auxilio, consilio,
fauore (dummodo consiliū influ-
at reapse) cū excommunicato in
cri-

crimine criminoso, propter quod
fuit excommunicatus, eandem
incurrere censuram, & ab eodem
absolui debere, à quo excommu-
nicatus ille, cum quo participat,
est absoluendus.

[A] Cap Nuper. 29. cit lib et tit.
desent. excom. Henriq la 3 c 9.
cum aliis. [B] Et quamvis ex-
communicatio lata propter factum
aliquid non incurritur à consu-
lentibus, mandantibus, aut fauē-
tibus, seu auxiliantibus (si tem-
pore quam crimen perficiatur,)
tamen si vel in iure, vel consuetu-
dine ita exprimitur, aut si forte
frustra promulgaretur sententia in-
facientes, non pariter damnarentur
et consulentes, fauentes et certū
est tunc ab iisdem eandem incurri
censurā. Quod si lex expresse, aut
tacite non extendit excommunicatiō-
nē ad consulētū, tunc non insidit,
licet sit moralis causa criminis.

Hinc

Hinc ut participans in crimen ex-
communicetur I. requiritur, ut
participet in ipso crimen crimi-
noso ob quod alter fuit excommunicatus. II ut scienter participet,
nempe sciens alterum iam incur-
risse excommunicationem. III ut
fuerit ille denunciatus super illa
excommunicatione cit Henrīq.

IV. Excommunicationis Papæ re-
seruata de se, sed in eo casu quo ex-
communicatus propter impedimentum Canonicū nō potest pro
absolutione obtainendā coram Pa-
pa, aut Legato comparere, tunc et
enim absolutio excommunicationis [A] ex huiusmodi delicto co-
ortæ [B] spectat ad Episcopum.

[A] Cap De cætero 11. cit de sent. ex-
com & Cap Eos 22. eodem tit. 11.
in 6 l.5.

[B] Si facias facere sit paratus, aut iua-
ret (si impedimentum non si per-
petuum), secessante impedimento,
cum